\*641. Q. HORATII Flacci Opera omnia cum comment. Acronis per Lodovic. de Strazarolis Tarvisanum recogn. praecedente Porphyriionis in Horatii opera comm. per Raphael. Regium castigato. *Fol. 1. b.* Raph. Regii dedicator. ad Aloyfium Maurocenum Patritium Venet. quae data est Patavii Idibus Augusti MCCCCLXXXI. *In fine commentar. Porphyriion. fol. 50. b.* Pomponii Porphyriionis enarratoris diligentissimi in Horatium commentariorum Finis. *Fol. 51. sequitur* epistola Lodov. de Strazarolis ad Angelum Phascolum Episc. Feltr. *Fol. 52.* Acronis Commentatoris Egregii In Quinti Horatii Flacci Venusini Opera Expositio Incipit. *Fol. 3.* Quinti Horatii Flacci Odarum ad Mecoenatem. Liber Primus. *In fine operis.* Τελος. Quinti Hoatii (sic) Flacci omnium operum cum Acronis Differtissimi commentatoris expositione. *Registr. folior. Char. rom. cum sign. foll. 182. fol.*

*Gras p. 233. Est fortasse eadem editio, quam supra ad ann. 1481. p. 27. n. 188. ex Maittair. p. 419. excitauimus.*

642. HORATII Sermones. *fol.*

*Maitt. p. 752.*

643. ORTVS (Hortus) sanitatis. De herbis et plantis, de Animalibus et reptilibus de Auibus et volatilibus. de Piscibus et natatilibus, de Lapidibus et in terrae venis nascentibus. de urinis et earum speciebus. Tabula medicinalis cum directorio generali per omnes tractatus (Auctor dicitur Joh. Cuba) *Haec in fronte fol. 1. a. In fine: Finis. Char. goth. cum sign. & figg. foll. 460. fol.*

*Denis Suppl. p. 588. Rossi p. 56. Seemiller IV. p. 148. Laire Ind. II. p. 10. Gras p. 247. ubi Joanni Prys Argentoratensi typogr. datur. Fossi l. c. T. I. p. 583.*

\*644. Tractatus in elucidationem cuiusdam HOSTIE rubricate in urbe inclita Berna. *Infra icon lign. incis. foll. 10. 4.*

*Meusel. Magaz. I. p. 80.*

\*645. Expositio Misse: *Haec in fronte fol. 1. a. Fol. 2.* Incipit expositio misse secundum fratrem HVGONEM cardinalem ordinis predicatorum. *Char. goth. col. 2. foll. 31. 4.*

*Bibl. P. Nor.*

\*646. Incipit expositio misse secundum fratrem HVGONEM Cardinalem ordinis predicatorum. *In fine nulla subscriptio. Char. rom. sine sign. cust. & foll. num. foll. 16. 4.*

*Fossi l. c. T. I. p. 808. ubi romanis editionibus accensetur.*

\*647. Incipit expositio misse secundum fratrem HVGONEM Cardinalem ordinis predicatorum. De defectu (sic) occurrentibus in missa. Summa JOHANNIS ANDREE de sponfalibus et matrimoniis. Impedimenta susceptionis ordinum. Confessio catholicorum generalis. Expositio dominice orationis. *In fine: Finitur dominica oratio modica cum expositione. (Cohaerent, nec seorsim haberi possunt haec opuscula) Char. goth. cum sign. a - d. 4.*

*Seemiller IV. p. 143.*

648. Incipit soliloquium HVGONIS in modum dyalogi ad animam suam eandem instruens multiuarie et pulchre quatenus super omnia ex multis causis quas demonstrat diligat Deum. *Char. goth. (fortasse Rich. Paffroet) foll. 10. fol.*

*Denis Suppl. p. 388. Bibl. Weingart.*

649. HVGONIS Cardin. tractatus qui Speculum Ecclesiae inscribitur, et speculum sacerdotum volentium celebrare missam. (*Idem, ac Expositio Missae*) *Char. goth. sine sign. cust. & pagg. num. 4.*

*Catal. Bibl. Pinell. I. p. 135. Denis Suppl. p. 589. Laire Ind. II. p. 140. Bolong. Crev. I. p. 190.*

650. EXPOSITIO HYMNORVM perutilis omnibusque salubris. *In fine fol. 55. b. Finis Hymnorum. Sequitur tabula hymnorum secundum numerum foliorum. Accedit foll. 134. Textus Sequentiarum cum optimo commento. In fine: Registrum sequentiarum secundum numerum foliorum. Char. goth. cum sign. & foll. num. 4.*

*Goetz II. p. 555. Denis Suppl. p. 589. Seemiller IV. p. 144. Braun II. p. 60.*

## I

651. Incipiunt sermones notabiles et formales per eximium dominum doctorem sacre theologie patrem JACOBVM (*de Clusa? de Paradiso? de Gruytrode?*) cartusien. domus extra muros Erforden. vicarium de precipuis festiuitatibus celebribus per anni circulum tam de tempore quam de sanctis. auctorifati per dominum calixtum tertium. anno suo primo In octavo visitacionis marie gloriose virginis. Anno domini M. CCCCLV. *Haec in fronte fol. 1. a. In fine: Expliciunt sermones &c. ut supra. Char. goth. rud. sine sign. cust. & pagg. num. lin. 32. foll. 274. fol. min.*

*Bibl. P. Nor. Seemiller I. p. 155. Denis Suppl. p. 589.*

\* 652. Incipiunt sermones notabiles et formales per eximium - JACOBVM Carthusien. domus extra muros Erfordn. vicarium de precipuis festiuitatibus celebribus per anni circulum. tam de tempore quam de sanctis auctorifati per dnm papam Calixtum tertium - Anno dni M.CCCC.LV. *In fine: Expliciunt sermones notabiles & formales, ut supra - Sequitur nunc excusatio finalis ipsius actoris (sic) - Tandem: Amen Et sic est finis. Char. goth. cum sign. col. 2. foll. 254. fol.*

*Gras p. 216.*

653. Sermones Dominicales Notabiles et formales per anni circulum Compilati per Eximium sacre Theologie professorem Dominum JACOBVM domus Carthusien. extra muros Erfordien. vicarium Auctorifati a domino Nicolao Papa Quinto Feliciter incipiunt. *Haec in fronte fol. 1. a. In fine fol. 224. a. lin. 31: operantē cui sit laus & gloria AMEN. Char. goth. maiusc. sine sign. cust. & foll. num. lin. 31. fol.*

*Denis Suppl. p. 589. Braun I. p. 104. Helmschr. II. p. 87.*

654. Sermones notabiles per JACOBVM Carthusiensem. *In fine: pro quo Deus sit benedictus Amen. lin. 32. 4.*

*Denis Suppl. p. 589.*

655. Tractatus peroptimus de animabus exutis a corporibus - editus a venerabili patre JACOBO DE PARADISO sacre theologie professore. ordinis carthusien. Erfordie. *In fine: Hec rudi stilo quantum valui non quantum volui &c. Char. goth. cum sign. fol.*

*Denis Suppl. p. 589. n. 5160. & 5161. utrum diversae, nescio.*

*Annal. typ. Vol. IV.*

## T

656. Tractatus peroptimus de animabus exutis a corporibus editus a fratre JACOBO doct. ord. carthusien. erfordie. *In fine*: Hec rudi stilo quantum valui non quantum volui scripta &c. pro quo deus sit benedictus. *Char. goth. sine sign. cust. & pagg. num. lin. 32. foll. 20. fol.*

*Braun I. p. 105. Helmschr. II. p. 87. Gemeiner p. 68. Denis Suppl. p. 590.*

657. Tractatus perutilis de Veritate dicenda aut tacenda religiosi prioris, egregii sacre theologie Professoris, Domini JACOBI DE PARADISO, Professo Sacri Ordinis Carthusiens. Domus Sancte Agnetis apud Erfurdian. *In fine*: Explicit Tractatus de Veritate etc. *Char. goth. sine sign. cust. & pagg. num. fol.*

*Denis Suppl. p. 590. cf. Laire Ind. I. p. 80. ubi cum Alberti Causidici tract. occurrit. Uterque Mart. Flachen Argent. datur. An?*

658. JACOBI MAGNI Sophilogium. *In fine*: finit feliciter. *Char. goth. sine sign. cust. & pagg. num. col. 2. lin. 38. fol. min.*

*Cat. Bibl. Pinelli III. p. 317. Denis Suppl. p. 590.*

\* 659. JACOBI MAGNI Sophilogium. *Char. goth. cum sign. lin. 33. & 34. 4.*

*Laire Ind. II. p. 13.*

660. Le Livre des bonnes Moeurs. *In fine*: Cy fine le liure Intitule de Bonnes meurs. Compilé par frere JACQUES LE GRANT de L'ordre Saint Augustin. *Char. goth. lin. 36. fol.*

*de la Vall. I. p. 390. Denis Suppl. p. 590. Est versio gallica Sophilogii.*

\* 661. Rabbi SALOMONIS JARCHI, vulgo RASCHI commentarius in Pentateuchum, hebraice (*Exhibet commentarium absque textu.*) sine anno, loco et typographo, sed ante ann. 1487. 4. mai.

*Bologaro Crevenna I. p. 51.*

662. Le Roman de JASON et MEDEE contenant differentes Avantures chevaleresques et amoureuses (circa 1490) *Char. goth. cum sign. col. 2. lin. 31. fol. min.*

*De la Vall. II. p. 629. Denis Suppl. p. 590.*

663. Rabbi JEHVDAE LEONIS Nofeth Zufim, seu Destillatio favorum. *Incipit* ab opere ipso, praemisso tamen titulo, ac nonnullis versibus, quibus illius argumentum & auctor innuitur. *In fine* Abrahami Conath epigrapha, ubi se appellat scribentem multis calamis absque ullo opere mirabili. *Char. rabb. foll. 172. 8.*

*de Rossi p. 84. ubi uberior notitia. Denis Suppl. p. 590. sq. Bolog. Crev. III. a. p. 56.*

\* 664. De IMITATIONE christi & contemptu mundi libri IV. (*Sine nomine auctoris*) *Char. goth. cum sign. a-p. foll. 120. 8.*

*Laire Ind. II. p. 139.*

665. IMMUNITATIS et libertatis ecclesiasticae statusque sacerdotalis defensio. *Idem fol. 2. et additur*: Et primo de miseria sacerdotum ab ipsa etiam puercia. *Dein* Invectiva in Consiliarios Principum. *In fine*: Finit feliciter. *Char. goth. maior. cum sign. foll. 8. 4.*

*Denis Suppl. p. 591.*

666. INDULGENTIAE septem Ecclesiarum Urbis (Romae) cum reliquiis suis. *Praeit* Oratio de S. Veronica. 8.

*Denis Suppl. p. 591. Sunt forte Mirabilia Romae.*

667. Relationes (Revelationes?) Devotissimi Abbatis JOACHIMI super statum summorum Pontificum Romane Ecclesie. *Folia XVI. quorum quoduis utraque pagina Iconem praefert xylographicam Papae, excepta ultima pagina. Supra icones nomen Papae, etiam illud, quod ante gessit. Infra Vaticanium. Prima Nicolaum III. antepenultima Paulum II. exhibet. Ultima duae neminibus destituuntur. Opusculum videtur tempore Sixti IV. qui Paulo II. successit, id est, ante annum 1484. impressum. fol.*

*Denis Suppl. p. 592.*

668. Libri JOB fragmentum hebraicum. 4. vel 8.

*Denis Suppl. p. 592.*

669. JOHANNIS XXII. Constitutio de Pluralitate Beneficiorum Avenione anno secundo. 4.

*Denis Suppl. p. 524.*

\*670. JOANNIS SARESBERIENSIS, Episcopi Carnotensis, Policraticus de nugis curialium & vestigiis philosophorum Libb. VIII. *Fol. 1. b. (H) Ic liber intitulatur de nugis curialium & vestigiis philosophorum. cuius Johannes Salesberiensis Carnotensis epus fuit actor (sic) Fol. 2. a. Tabula libri policratici, quae fol. 31. a. col. 1. terminatur Fol. 33. a. sequitur Eutheticus Johannis episcopi Carnoten. in policraticon. Terminatur fol. 36. b. lin. 28. Fol. 37. uacuum. Fol. 38. a. col. 1. Policratici de curialium nugis et uestigiis philosophorum Prologus incipit. In fine fol. 244. b. Finit opus preclarum de nugis curialium & uestigiis philosophorum cuius iohannes salesberiensis actor (sic) fuit. Agmen claudunt foll. 3. carmina auctoris de membris corporis adversus stomachum conspirantibus. Char. gotb. (forte Ther boernen typogr. Colon.) sine sign. cust. 3 foll. num. fol.*

*Editio princeps. Bibl. P. Nor. Bibl. Heidegg.*

\*671. Incipit tractatus mgri JORDANI OSNABVGENS: canonici de Romano Imperio. *Praecedit Prooemium absque inscriptione. In fine: AMEN. Finit feliciter. Char. rom. sine sign. cust. 3 foll. num. foll. 12. fol. min.*

*Gras p. 236.*

672. Textus Passionis Christi secundum quatuor Evangelistas in unam collectus Historiam cum Sermone Dominico. Item articuli Passionis cum theorematibus et Documentis fratris JORDANIS (de Quedlinburg) ordinis heremitarum sancti Augustini. *Haec in fronte fol. 1. a. Fol. 2. a. Passio domini nostri Jesu christi collecta ex quatuor evangelistis. In fine fol. 14. a. FINIS. Fol. 15. incipit Tractatus venerabilis ac devotissimi patris iordanis - pro uolentibus in passione domini proficere vel aliis predicare multum deuotus et perutilis - iuxta septem horas canonicas cum theorematibus et articulis passionis atque doctrinis pro homine saluberrimis. In fine: Explicit expositio dominice passionis cum suis theorematibus et exemplaribus documentis - ad honorem eiusdem domini nostri Jesu christi - per infinita secula seculorum amen. Char. gotb. cum sign. 4.*

*Denis Suppl. p. 593. Seemiller IV. p. 15. Braun II. p. 50. Helmschr. II. p. 101.*

673. Passio domini textualis (forte *Fiusdem?*) iuxta concordantiam quatuor euangelistarum cum lucidissima interpretatione doctorum. Dehinc sequitur fasciculus

ecclesiasticae ierarchie. ubi habetur diversus modus faciendi sermones, et utilia alia multa. fol.

*Gesner p. 5. Denis Suppl. p. 593.*

674. Historia FLAVII JOSEPHI de antiquitate et de iudaico bello. *In fine primae: Explicit hystoria Flauii Josephi de antiquitate. In fine secundae: Explicit hystoria Flauii Josephi de iudaico bello feliciter. fol. mai.*

*Gesner p. 3. Denis Suppl. p. 594.*

675. Speculum ISIDORI de summo bono et sunt libri tres. *In fine: Finit liber Tercius et ultimus de summo bono sancti ysidori et sequuntur rubrice librorum. 8.*

*Catal. Bibl. Schw. II. p. 48. Denis Suppl. p. 594.*

\* 676. Liber Soliloquiorum ISIDORI Episcopi Palatinensis urbis. *Fol. 1. a. Incipit prologus in libro Soliloquiorum ysidori episcopi palatinensis urbis. In fine: Explicit liber soliloquiorum ysidori epi. Deo gratias Amen. Char. rom. sine sign. cust. & pagg. num. col. 2. lin. 34. (circa ann. 1470.) fol.*

*de la Vall. I. p. 259. Bolong. Crev. I. p. 182.*

\* 677. Tractatus synonymorum ISIDORI de vite presentis regimine non tam iocundus quam utilis. *Char. goth. foll. 8. 4.*

*Bibl. P. Nor.*

678. ISIDORI Origines. fol.

*Schelk. amoenit. III. p. 140. Denis Suppl. p. 594.*

\* 679. ISIDORI de ortu et obitu prophetarum et apostolorum. *Char. goth. cum sign. fol. 18. 4.*

*Laire Ind. II. p. 2.*

680. Praecepta ISOCRATIS (seu oratio ad Demoniacum) per eruditissimum virum Rudolphum agricolam e greco sermone in latinum traducta. *Char. goth. foll. 12. 4.*

*Seemiller IV. p. 146.*

681. IUDICIUM JOVIS in valle amoenitatis habitum. 4.

*Denis Suppl. p. 595.*

682. IURIDICI Tractatus plures sequenti ordine: Libellus dans modum legendi abbreviaturas in utroque iure, cui accedit index seu Registrum materiarum in sequentem processum iudicarium. Processus Iudiciarius JOANNIS DE AVRBACH. Tractatus de Praesumptionibus. Magistri Dominici de civitate Visencia Tractatus ad institutionem eorum qui notarios agunt Archiepiscoporum et Episcoporum. Tractatus generalis de arte Notariatus. Tractatus de Processu Judiciario. Introductio brevis ad Procuratoris officium. Defensorium Juris. Tractatus de exceptionibus Innocentii IV. R. P. Tractatus de Praescriptionibus Domini Dyni de Mugilo Legum Doctoris. Tractatus de Arbitris et Arbitratoribus Petri Jacobi, Legum doctoris. Differentiae Legum et canonum domini GALNANI DE BONONIA. *In fine: Expliciunt differentie legum et canonum domini Galnani de bononia. Char. goth. sine sign. cust. et pagg. num. col. 2. lin. 38. foll. 227. fol. min.*

*de la Vall. I. p. 359. Seemiller I. p. 164. sq. Denis Suppl. p. 596.*

683. JUSTINIANI Imperatoris Instituta. *In fine*: Grates reddo tibi Christe. fol.  
*Denis Suppl. p. 596.*

\*684. INSTITVTIONES. *Haec in fronte fol. 1. a.* Institutionum opus (cum apparatu Johannis Andree) cura summa atque diligentia castigatum. Registrum char-  
 tarum. *Char. goth. cum sign. foll. 104. fol.*  
*Helmschr. II. p. 105. Semiller IV. p. 149.*

685. JUSTINI ET FLORI EPITHOMAE. *Haec litteris capitalibus fol. 1. a. Fol. 2.*  
 Justini Historici Clarissimi In Trogi Pompeii Historias Liber I. *Fol. 39. b.* Justini  
 historici viri clarissimi epithomatum in Trogi Pompeii historias liber XLIII. et ulti-  
 mus feliciter finit. *Fol. 40. praemissa* Philippi Beroaldi ad Petrum Mariam Rubeum  
 Comitem Parmensem epistola LVCII FLORI GESTORVM ROMANORVM EPITHOMA  
 INCIPIT. *In fine fol. 57. b.*

Aurea Justini Lucique epithomata florí  
 Aere tibi modico candide lector eme  
 Contrahit iste Titi numerosa volumina Livi.  
 Pompeii historias colligit ille Trogi.  
 Quam bene coniuncti: namque hic ubi desinit: ille  
 Incipit: atque unum pene uidetur opus.  
 Rite cognouit quos Justinianus ad unguem  
 Romanus. Felix lector amice Vale.

*Sequitur* Registrum. *Fol. ult. a. legitur* M. Antonii Sabellici ad Jo. Matthaeum Cata-  
 renum epistola, *in qua ait Bernardinum Rasinum Nouocomensem librum hunc impressisse.*  
*Char. rom. cum sign. 3 pagg. num. lin. 59. fol.*

*Editio, ut uidetur, princeps. Maitt. p. 761. Braun II. p. 42. Gemeiner p. 272. Catal.*  
*Bibl. Schw. II. p. 58. Seemiller IV. p. 120. Bibl. monast. Weingarten.*

686. IUVENALIS & PERSII Satirae. *Prior incipit*: Junii Iuuenalis Satira Prima.  
*In fine litter. quadr. Explicit. Iuuenalis. Aquinatis. Feliciter. Emendatum. Per. M.*  
*M. A. S. M. (forte Marcum Antonium Sabellicum?) Alter incipit*: Auli Flacci Persii  
 Satira prima. *In fine*: Totius voluminis speculum. *sive Registrum. Char. lat. cum*  
*sign. quae in Persio de novo incipiunt; lin. 33. fol.*

*Catal. Bibl. Pinelli II. p. 333. Mittar. p. 227. Denis Suppl. p. 596.*

\*687. IUVENALIS & PERSII Satyrae. Iuuenalis Satyrae incipiunt sic  
 SEMPER EGO AUDITOR

tantum: nunquam ne reponam?

*Constat foll. 61. Persius, qui sequitur, folia habet II. Char. rom. ut uidetur, Vindelini*  
*de Spira. 4.*

*Biblioth. Rottenb.*

\*688. IUVENALIS cum comm. Calderini, *cum sign. a - p.* PERSIVS cum comm.  
 Fontii *cum sign. a - e.* *Char. goth. fol.*

*Laire Ind. II. p. 11.*

689. IUVENALIS ET PERSIVS. 4.

*Maitt. p. 753. Est forte editio, quam habet de la Vall. I. n. 2523. ubi datur Nic. Jenson-*  
*nio, vel n. 2524. quam Georgio Lauero dat.*

690. JUVENALIS. fol.

*Maitt. p. 753 ubi tres excitantur editiones, f. l. & a. nullis adiectis notis characteristicis.*

691. JUVENCUS Presbyter immensam euangelice legis maiestatem heroicis verbis concludens; (seu Eiusdem historia evangelica versu heroico descripta.) *In fine fol. 61. b. Finis. Fol. eod. b.* Hermanni Buschii Monasterien. In presbyterum Juvenicum Hispanum. Epig. ad lectorem. *Char. gotb. cum sign. A - L. 4.*

*Bibl. Salth. p. 38. Catal. Bibl. Pinelli II. p. 338. Denis Suppl. p. 596. Bibl. P. Nor. Seemiller IV. p. 156.*

## K

692. KAMINTI Episcopi Arufiensis Regimen contra Pestilentiam seu Epidemiam. *Char. gotb. 4.*

*Denis Suppl. p. 597.*

693. Passio JOHANNIS KANNEMAN. Sacre theologie Profess. ordinis minorum. Nec non alius tractatus de Christi passione, Vna cum legenda beate Katherine Virginis (a Rabbano Abbate). *Char. gotb. foll. 39. 4.*

*Denis Suppl. p. 597. Bibl. P. Nor.*

694. KAROLINA constitutio. 4.

*Denis Suppl. p. 598.*

\* 695. B. THOMAE A KEMPIS opera. *Fol. 1. a. Incipit* tabula diuersorum sermonum ac epistolarum deuotorumque tractuum (*sic*) Quos inter alia ad gloriam et honorem scilicet et individue trinitatis. gloriosaque virginis marie dei genitricis compilauit, dictauit titulisque ac capitulis distinxit deuotus ac religiosus uir frater thomas kempis presbiter canonicus regularis professus ac defunctus In monte sancte agnetis virginis ac martiris prope Zwollis. diocesis traiectensis. *Comprehendit vero haec collectio opuscula sequentia*: Sermones ad novitios regulares. Sermones decem ad designandum decalogum. Sermones ad designandum statum religiosorum. Sermones breues volentibus Deo seruire. Dialogus novitiorum de contemptu mundi. Epistolare. Liber de tribus tabernaculis. De vera compunctione. Hortulus Rosarum. Vallis Lilliorum. Alphabetum Monachi. Consolatio pauperum. Epitaphium monachorum. Vita boni monachi. Manuale parvulorum. Doctrinale iuuenum. Hospitale pauperum. (*Absunt ergo ab hac editione libri de imitatione christi.*) *In fine fol. 218. b. Explicit libellus dictus. Hospitale pauperum. Char. gotb. sine sign. cust. & foll. num. lin. 31. fol.*

*Denis Suppl. p. 598. Bibl. P. Nor. Editio haec praecessit sine omni dubio Norimbergensem anni 1494.*

## L

\* 696. Elegiacum carmen LACTANTII magni poete de situ paradisi ortu obituque fenicis. *Char. gotb. foll. 6. 4.*

*Seemiller I. p. 147.*

\* 697. L. COELII LACTANTII Firmiani poetae et oratoris facundissimi de Phoenice unica aue Arabiae Carmen. *Cui additur P. Ouidii Nasonis ex Metamorph. versus de eadem, foll. 4. 4.*

*Schoenemann l. c. I. p. 198. Exemplo cuidam manu adscriptum est Impressum Swollis ap. Petrum Offensem.*



698. POMPONIVS LAETVS de Romanis Magistratibus, Legibus et Sacerdotiis. 4.  
*Denis Suppl. p. 599.*
- \* 699. Romae historiae Compendium ab interitu Gordiani Junioris usque ad Justinum III. per POMPONIVM LAETVM (Circa ann. 1498). 4.  
*Bolong. Creven. IV. p. 99.*
700. JOHANNIS LAMOLE Bononiensis Rudimenta Grammatices (*Char. ut videtur, Adami de Rodweil*) 4.  
*Denis Suppl. p. 600.*
701. CHRISTOPHORI LANDINI Disputationes Camaldulenses Libri IV. I. de vita activa et contemplativa. II. de summo Bono. III. & IV. Allegoriae in Virgilium. *Dicantur* Federico Principi Urbinati. *In fine*: Quaestionum camaldulensium Christophori Landini florentini quarti et ultimi libri finis. *Char. rom. circa an. 1480.* 4.  
*De la Vall. II. p. 694. Denis Suppl. p. 600. Bolong. Crev. III. b. p. 130.*
702. CHRISTOPHORI LANDINI Disputationes Camaldulenses. fol.  
*Mittar. p. 239. qui duas distinguit Editiones, unam fol. mai. alteram fol. min. Sic etiam in Catal. de Rossi p. 49. duae excitantur editiones.*
- \* 703. CHRISTOFERO LANDINI Formulario de Lettere, e di orationi vulgare. 4.  
*Rossi p. 51.*
704. CONSTANT. LASCARIS Prooemium de nomine et verbo, graece. 4.  
*Maitt. p. 767.*
705. Iste tractus intitulatur LAVACRVM conscientie omnium sacerdotum. *In fine*: Explicit lavacrum conscientie. *Sequitur* Registrum. *Char. goth. cum pagg. num. 4.*  
*Denis Suppl. p. 601.*
706. Incipit elegans et perutilis Tractatus de Primogenitura editus per excellentissimum utriusque Juris Monarcham Dominum MARTINVM (Garatum) DE LAVDE. *Adhaeret*: Repetitio super rubrica ff. de rei vendicatione et Tractatus Jacobi de Belviso de Excommunicato. *fol. 6. fol.*  
*Goetz II. p. 173. Denis Suppl. p. 601.*
707. Tractatus conceptuum et signorum JACOB LEDELH Scoti Parisiensis universitatis magistri &c. *In fine*: Et hec dicta sufficiant de Conceptibus et signis et Generibus eorum et naturis terminorum. *Char. goth. 4.*  
*Denis Suppl. p. 601.*
708. LEGENDA Sanctorum, alias Lombartica Hystoria quam composuit frater Jacobus natione Januensis ordinis fratrum predicatorum. *In fine*: Explicit Lampartica hystoria Sanctorum. *Char. goth. col. 2. fol.*  
*Maitt. p. 760.*
709. LEGENDAE Sanctorum Hungariae in Lombardica Historia non contentae. *Char. goth. cum sign. a - e. fol.*  
*Denis Suppl. p. 601. Lairz Ind. II. p. 12.*
- \* 710. LEGENDA de Sancto Clemente a Sancto Pietro successore Pont. Romano. 4.  
*Rossi p. 52.*

711. Il libro O LEGENDA di Lazaro e Marta e Maddalena. 4.

*Catal. Bibl. Pinelli IV. p. 25. Rossi p. 52. Denis Suppl. p. 602. Bolong. Crev. IV. p. 55.*

712. Incipit liber Beati LEONIS pape Sermonum. Et Sermo primus de ordinatione sua sequitur. Sunt Sermones XCIV. quorum Sermo XVII. de Passione inscriptus est Sermo Vicesimusseptimus. Ultimus est Sermo de Abfalon. *Char. goth. tremulo, sculpto simil. sine sign. cust. & pagg. num. lin. 37. foll. 137. fol.*

*Denis Merckw. der G. B. p. 194. Gesner p. 10. Denis Suppl. p. 602.*

\*713. OMNIBONI LEONICENI Vicentini tractatus ad scandendum. *In fine:*

Carmina qui docte tentat componere primum

Discat: quae omnibonus lux mea composuit.

*Char. rom. 4.*

*Laire Ind. I. p. 162.*

714. Historia de sancto LEOPOLDO Marchione - Sunt Lectiones, Capitula &c. pro Officio festi illius. *Char. goth. cum sign. 4.*

*Denis Suppl. p. 602.*

715. In festiuitate s. LEOPOLDI confessoris non pontificis secundum rubricam romanam. *Item:* In festiuitate s. LEOPOLDI confessoris non pontificis marchionis austrie secundum rubricam ecclesie patauiensis. *Utrumque Officium desinit in Orationem: Fac nos domine pietatem et sanctitatem &c. (post an. 1485.) 4.*

*Denis Suppl. p. 620.*

716. Rabbi LEVI BEN GERSON Commentarius in Pentateuchum; *hebraice*. Sectionum ac capitum initia quadratis litteris maioribus exhibentur. Sub exordium praefationis, a qua opus incipit, vacuum dimidiae paginae spatium relinquitur, quo prima dictio **וְיִשְׂרָאֵל** comprehendendi debebat. Quilibet liber brevi quadam auctoris epigraphe explicit, qua compositionis annus et locus innuitur. Sub finem totius operis praeter consuetam illam auctoris alia habetur *typographi Abrahami Conath*, in qua etiam *eiusdem socii Abrahami Jedidia*, Colonienfis, mentio fit. *Locus impressionis prorsus incertus est, illud tamen ex commemorata epigraphe videtur colligi, editionem banc primum huius typographi foetum fuisse. Char. rabb. col. 2. foll. 408. fol.*

*de Rossi l. c. p. 82. sq. Bolong. Crev. I. p. 82. Denis Suppl. p. 603.*

\*717. LIBANII Graeci b. Jo. Chrysofomi praeceptoris Epistolae cum adiectis Johannis Sommerfelt argumentis et emendatione et castigatione. 4.

*Cat. Bibl. Schw. II. p. 60.*

\*718. ANT. LIBERI SVSATENSIS familiarium epistolarum compendium ex diversis hinc et inde probatissimis autoribus pro communi studentium profectu collectum. *Char. goth. cum sign. A-M. fol.*

*Laire Ind. I. p. 190.*

719. LIBRO del Consolat e Ordinacions sobre les Seguretats Meritimes e Mercamiuols en la Ciudad de Barchenona. (*Dialecto Catalaunica*) *Char. goth. fol.*

*Denis Suppl. p. 603. Est forte Barchinonae anni 1494. Cf. Caballero l. c. p. 49.*

720. SERMONES ROBERTI (Caraczoli O. M.) DE LICIO Episcopi Aquinatis. *Char. goth. minut. cum sign. col. 2. 4.*

*Denis Suppl. p. 603.*

\*721. ROBERTI DE LICIO praedicationes a prima dominica de Adventu quotidie inclusivae usque ad quartam, et de festiuitatibus a nativitate Domini usque ad Epiphaniam cum nonnullis aliis suis praedicationibus. *Accedit non interruptis signaturis*: DOMINICI BOLLANI artium et philosophiae doctoris filii domini Candiani questio de conceptione glorios. virg. Mariae. *In fine*: Deo gratie infinite. *Cbar. gotb. cum sign. a - b. fol.*

*Laire Ind. II. p. 142.*

722. ROBERTI DE LICIO Sermones per adventum domini. *Praecedat* tabula. *Cbar. gotb. sine sign. cust. & pagg. num. 4.*

*Mittar. p. 402. Denis Suppl. p. 604.*

723. ROBERTI DE LICIO Sermones sive Opus de timore divinorum iudiciorum, in quo exponuntur mystice verba Johannis in themate. *Praecedat* Autoris Epistola ad Johann. de Aragonia. *Cbar. gotb. lin. 44. circa an. 1475. fol.*

*De la Vall. I. p. 243. Gesner p. 4. Denis Suppl. p. 604.*

\*724. Quadragesimale di ROBERTO (Caracciole da Lecce) *Cbar. gotb. cum sign. a - p. lin. 33. (circa an. 1483.) 4.*

*Bolongar. Crev. I. p. 158.*

\*725. Sacre theologie magistri - fratris ROBERTI Episcopi - opus quadragesimale perutilissimum: quod de Penitentia dictum est: feliciter incipit. *Praecedat* Tabula sermonum. *Accedunt alii sermones hoc praefixo titulo*: ROBERTI DE LICIO ex ordine minorum - Praedicationes a prima dominica de adventu quotidie inclusivae usque ad quartam: et de festiuitatibus a natiuitate dni usque ad epiphaniam cum nonnullis aliis suis praedicationibus feliciter incipiunt. *In fine*: Laus Deo. *Cbar. gotb. cum sign. 4.*

*Fossi l. c. T. I. p. 466.*

\*726. ROBERTI DE LICIO Opus quadragesimale. *In fine*: Opus quadragesimale perutilissimum quod de penitentia dictum est finit feliciter. *Cbar. gotb. sine sign. cust. & foll. num. lin. 44. fol.*

*Laire Ind. II. p. 4.*

727. ZACHARIAE LILII Breuiarium orbis. *Cbar. rom. 4.*

*Catal. Bibl. Pinelli I. p. 372. Denis Suppl. p. 604.*

728. I primi dieci libri della prima Deca di TITO LIVIO. *Praevia epistola* di Giovanni Bonaccorsi cartolaio Fiorentino à Bernardo di Niccolo Cambini. *fol.*

*Paitoni II. p. 204. Denis Suppl. p. 604.*

729. T. LIVIVS Patavinus de secundo bello Punico. *Cbar. lat. cum sign. circa an. 1480. fol. mai.*

*Goetz III. p. 546. Denis Suppl. p. 604.*

730. Ludicrum Drama Plautino more fictum a JACOBO LOCHER philomuso: de sene amatore, filio corruptore et dotata muliere. 4.

*Maitt p 753.*

\*731. JACOBI LOCHER duo spectacula et oratio funebris in laudem serenissim. Bavariae ducis Hedwegis. 4.

*Bibl. monast. Rottenb.*

*Annal. typ. Vol. IV.*

732. JACOBI LOCHER alias Philomusi Carmen de Diluvio Romae effuso idib. Decemb. 1495. *In fine* ad Maximilianum Rom. Reg. Epigramma *cui subiecta vox:*  
 Τελος. *Char. goth. foll. 4. 4.*

*Denis Suppl. p. 604. Seemiller IV. p. 146.*

733. JACOBI LOCHER in Ciceronem et Quintilianum Epitome Rhetorices. *Char. goth. 4.*

*Denis Suppl. p. 604.*

734. MICHAELIS LOCHMAYR Theol. Doct. et Ecclesie Patauiensis Canonici Parochiale Curatorum. *fol.*

*Denis Suppl. p. 504.*

735. MICHAELIS LOCHMAYR Practica electionum Prelatorum. (*post ann. 1490.*) 4.

*Denis Suppl. p. 604.*

736. PETRI LOMBARDI Libri IV. Sententiarum. *Ante Prologum:* Incipit textus sententiarum. *Ante libros singulos Capitula. In fine:* Explicit liber sententiarum. *Char. goth. sine sign. cust. & pagg. num. col. 2. lin. 47. fol. 247. fol.*

*Maitt. p. 760. Denis Suppl. p. 605.*

\*737. *Incipit fol. 1. a.* liber miserie conditionis humane a LOTHARIO diacono cardinali sanctorum Sergi et Bachi qui postea Innocentius papa appellatus est. *Post inscriptionem sequitur index capitulorum primi libri. In fine fol. 34. lin. 9.* Explicit liber de miseria conditionis humane. *Linea seq. incipit:* brevis tractatus de creatione mundi de formatione angelorum de situatione et ordinatione mundi & pluribus aliis. et primo de trinitate. *Fol. 57.* Explicit summa brevis et utilis super diuersis compositis. *Incipit summa penitentie brevis et utilis, quae fol. 62. b. terminatur. Sequuntur* immediate Sermones pro mortuis, *in quorum fine fol. 66:* Explicit liber bonus multum pro salute anime de diuersis editus. *Fol. eod. b. Incipit* placitum habitum inter genus humanum tanquam reum. et totum genus diabolicum tanquam actorem presidente in consistorio. Trinitate benedicta ubi causa est concussa secundum modum et formam subscriptis. *In fine fol. 75. b:* Et sic est finis placiti habiti in consistorio summi iudicis Inter demones tanquam actores ex vna et genus humanum ex altera partibus. Pro quo tanquam aduocata interuenit sanctissima uirgo Maria, que cum filio suo sit semper et per omnia secula benedicta Amen. *Fol. 76. b. Incipit* tractatus de contractibus mercatorum Reuerendi patris fratris JOHANNIS NIDER Sacre theologie professoris ordinum predicatorum, *qui fol. 100. b. terminatur. Sequuntur tandem foll. 3.* articuli sex JOHANNIS DE NIGRO MONTE Ord. Pred. quos tanquam veros & catholicos probauit, et cum correlariis instruxit, contra impugnantibus priuilegia huius ordinis. *Char. goth. cum sign. lin. 30. 4.*

*Catal. Bibl. Breitkopf. p. 341. Cf. Annual. Vol. 1. p. 85. n. 454. ubi editio itidem s. 1. & a. at diuersa excitatur.*

\*738. M. ANNAEI LVCANI Pharsalia. *Incipit sic:*

M. ANNEI LVCANI CORDVBEN  
 SIS PHARSALIAE LIBER PRIMVS.  
 Corduba me genuit &c.

*In fine:*

Cum genero inventis Caesar dignissime tantis  
 Vivis adhuc. Martis qui potes esse nepos  
 Namque ubi concideras: hac laude uoluminis astra  
 Tangis: & ad summum notus es usque polum.  
 Forma dedit renouare manus: reperire colorem  
 Quo maneat libris pressa litura suis.  
 Quodque diu calcabat opus noctesque diesque  
 Dexterâ: sola premat tincta tabella die.  
 Ingenii certe vires et munera tanti  
 Mirentur ueterum qui sacra bella legent  
 Sic neque deficiat Romani gloria regis  
 Codice nec careat turba docenda noua.

*Char. rom. nitidiss. marginib. latitudinis eximiae, absque ulla nota, lin. 40. fol.*

*Editio rarissima, eaque princeps, quam primus excitavit Cl. Morelli in Catal. Bibl. Pin. II. p. 339. Eod. char. impressi sunt alii libri rar. uidelicet: Flor. Horat. opp. Plutarchi Apophthegmata, quos uide suis locis.*

739. M. ANNAEI LVCANI Pharsalia. *Incipit Volumen a foliis quatuor, quae duplicem Lucani vitam & Martialis & Statii Carmina quaedam continent. Fol. 5. opus ipsum incipit, hac praemissa inscriptione:*

M. ANNEI. LVCANI. CORDVBEN  
 SIS. PHARSALIAE: LIBER  
 : PRIMVS.

*Corduba me genuit &c. Tum denuum Poema incipit, cuius versus septem primi litteris maiusculis impressi sunt. Tota pagina prima ornamentis typographicis exiguae formae signo expressis scatet, quemadmodum etiam extrema, quae versus quatuordecim tantummodo complectitur, apposito uno verbo: FINIS. Char. rom. cum sign. lin. 36. fol.*

*Catal. Bibl. Pinell. II. p. 340. Denis Suppl. p. 606.*

740. LVCIANI Tyrannus et Philosophorum Vitae. *Char. uncial. vet. informi. 4. Mittar. p. 252. Denis Suppl. p. 606.*

741. LVCIANI dyalogus maior Caron, latinus per Phinicium (Rinuuccium) factus ad Joh. Cardinalem Morinensem. 4.

*Denis Suppl. p. 606. Gesner p. 15.*

742. T. LVCRETIVS CARVS de rerum natura. *Char. rom. fol.*

*Denis Suppl. p. 606.*

743. Liber ordinationum Synodaliū Ecclesiae LVGDVNENSIS. 4.

*Maitt. p. 790.*

744. Incipit tractatus de matrimonio et legitimatione editus a Reverendo d. JOHANNE LVPI de Yspania Segobienſe decano &c. *In fine: Deo gratias Amen. fol.*

*Denis Suppl. p. 607.*

745. ANTONII LVSCI Vicentini Inquisitio super XI. Orationes Ciceronis et alia similia. *Char. lat. fol.*

*Denis Suppl. p. 607.*

746. Opus magistri WILHELMI LYNDEWOOD super constitutiones Provinciales. *Operi finis impositus est Anno M.CCCC. tricesimo.* Tabula compendiosa compilata per Willelmum de Tylia nemore completa in festo conversionis Sancti Pauli. *anno domini millesimo CCCC.XXXIII. fol.*

*Maitt. p. 750.*

747. NICOLAI DE LYRA Moralia super totam Bibliam. *Cbar. goth. nitid. minor. cum sign. col. 2. lin. 52. fol. min.*

*Denis Suppl. p. 608.*

748. NICOLAI DE LYRA Postillae in Psalmos. *Cbar. goth. fol.*

*Denis Suppl. p. 608.*

749. Fratris NICOLAI DE LYRA ordinis minorum Postilla super quatuor Evangelistas. *Cbar. goth. lin. 40. fol.*

*Maitt. p. 759. Laire Ind. I. p. 152.*

750. NICOLAI DE LYRA Praeceptorium. *Adbaeret Compendium de vita Ant. Christi. 8.*

*Denis Suppl. p. 608.*

751. NICOLAI DE LYRA Quaestiones disputatae contra Hebraeos. 4.

*Catal. Bibl. Pinelli I. p. 140. Denis Suppl. p. 608.*

### M

752. MACER de virtutibus herbarum. *In fine: FINIS.*

Herbarum varias qui vis cognoscere vires

Macer adest disce: quo duce doctus eris.

*Cbar. goth. cum sign. a - g. et cum figg. 4.*

*Maitt. p. 767. Laire Ind. II. p. 15. Freyt. Adp. I. p. 104. Goetz II. p. 407.*

753. MAGISTRI et Consilii hospitalis Hierosolymitani rerum loco et tempore gerendarum in Ildrimium Ottomanum ad fratres Renierum post commendatorem de Chalon. et Dalmanum de maia commendatorem de bagolles: et ad quemlibet vestrum ordo monumentum et instructio. *In fine: Ex Rhodo die quinto Augusti anno natalis Dominici Millesimo Quadringentesimo octuagesimo secundo. Cbar. goth. sine sign. cust. 3 pagg. num. foll. 4. fol.*

*Denis Suppl. p. 608.*

754. R. MOSIS MAIEMONIDIS More Nevochim five doctor perplexorum. *Opus incipit a praefatione interpretis rabbi Samuelis tibbonidis. Cbar. quadr. Locus impressionis incertissimus est. Annus impressionis deest. Ad primordia tamen typographiae hebraicae pertinet et ann. 1480 antiquior est. fol.*

*de Rossi l. c. p. 75. Maitt. Ind. II. p. 534. ex March. hist. p. 72. Thessalonicae 1479.*

*Male quidem!*

\*755. La confession de Frere OLIVIER MAILLARD. *Cbar. goth. circa 1496. cum sign. a - c. foll. 18. 4.*

*Laire Ind. II p. 143.*

\*756. PETRVS LVDOVICVS MALDVRA in vitam sancti Rochi contra Pestem epidemiam apud dominum dignissimi intercessoris unacum. eiusdem officio. *Haec in fronte fol.*

fol. 1. a. cum icone. Fol. 2. incipit vita S. Rochi, quae fol. 10. b. lin. 7. terminatur. Sequitur immediate Officium St. Rochi. In fine Theodori Grefemundi Junioris Moguntini carmen Elegiacum ad huius libri lectorem in laudem Sancti Rochi. Char. goth. cum sign. foll. 12. 4.

*Helmschr. II. p. 102.*

757. MALLEVS MALEFICARVM (Jacobi Sprengeri) Char. goth. cum sign. col. 2. lin. 48. fol.

*Bibl. P. Nor. Gemeiner p. 282. de la Vall. I. p. 426. Denis Suppl. p. 609. cf. Maitt. p. 573. not. e.*

758. MALLEVS MALEFICARVM. Praeit Apologia, Bulla et Instrum. Notarii. Char. goth. cum sign. usque ad G. col. 2. foll. 190. 4.

*Cl. Lengnich. Beytr. I. p. 49. Denis Suppl. p. 609.*

\*759. MALLEVS MALEFICARVM. Praeit Apologia, Bulla Innocentii VIII. cum Instrum. Notar. In fine fol. 303: Sit laus d'o exterminii heresis. Pax vivis. requies eterna defunctis. Amen. Char. goth. cum sign. 8.

*Cl. Lengnich. l. c. I. p. 34. 199. ubi uberior notitia. Seemiller IV. p. 57.*

760. TROYLI MALVETII Juris utriusque doctoris Canonici Bonon. Tractatus de Sorte. Item: Elegans Consilium in materia Commendae Beneficiorum. fol.

*Goetz l. p. 543. Denis Suppl. p. 609.*

\*761. Flagellum maleficorum editum per eximium sacrae theologiae professorem magistrum PETRUM MAMORIS natione Lemovicens. ecclesiae beati Petri Xantoni almae universitatis Pictaviensis regentem egregium, tractatus de superstitiosis quibusdam casibus completus in alma universitate Colonienfi per egregium sacr. theologi. professorem magist. Henric. de Gorchen. 4.

*Laire Ind. II. p. 143.*

762. ANTONII MANCINELLI opus de poetica virtute. 4.

*Denis Suppl. p. 610.*

763. DOMINICI MANCINI de Passione. D. N. J. C. Carmen. 4.

*Denis Suppl. p. 610.*

764. JOHANNIS DE MANDAVILLA Itinerarius a terra Angliae in partes Jherosolimitanas et in ultiores transmarinas, editus primum in lingua Gallicana a milite suo auctore anno incarnationis domini 1355. in civitate Leodiensi et paulo post in eadem civitate translatus in hanc formam Latinam. Praeit Index. In fine: Explicit itinerarius domini Johannis de Mandeville militis. Char. goth. cum sign. a-i. col. 2. lin. 30. 4.

*Denis Suppl. p. 610. Laire Ind. II. p. 13.*

765. HIERONYMI DE MANFREDIS Medici Liber de Homine cuius sunt libri duo. Primus de conservatione sanitatis. Secundus de Causis in homine circa compositionem eius. fol.

*Denis Suppl. p. 610.*

\*766. MANILII Astronomic. et ARATI Phaenomena. fol.

*Rossi p. 68.*

\*767. MARCI MANILII Astronomicon liber primus incipit. *Haec in fronte fol. I. a. In fine Marci Manilii Astronomicon liber quintus et ultimus finit. Char. rom. cum sign. a - k. lin. 28. 4.*

*Laire Ind. II. p. 14. Bolong. Crev. III. p. 142.*

768. MANIPVLVS curatorum officia Sacerdotum ssm ordinem septem Sacramentorum perbreuiter complectens. *Char. goth. cum sign. a - p. 4.*

*Seemiller IV. p. 153.*

\*769. MANVALE parochialium sacerdotum multum perutile. *Haec in fronte fol. I. a. fol. eod. b. Contenta. In fine fol. 15. b. Explicit manule (sic) parochialium sacerdotum actum Anno domini M.CC.LV. Method. confitendi mutos. Casus referuati episcopo. Char. goth. 4.*

*Bibl. P. Nor.*

\*770. MANVALE parochialium sacerdotum multum perutile. *In fine: Explicit manuale parochialium &c. foll. 14. 4.*

*Bibl. P. Nor.*

\*771. MANVALE parochialium sacerdotum multum perutile. *In fine: Isti casus &c. Laus deo. foll. 14. 4.*

*Bibl. P. Nor.*

\*772. MANVALE parochialium Sacerdotum. *Haec in fronte fol. I. a. fol. eod. b. Contenta. In fine fol. 17. a. Explicit manuale &c. Method. confitendi mutos. Casus seruandi episcopo. Char. goth. sine sign. cust. 3 pagg. num. lin. 31. foll. 17. 4.*

*Collectio nostra. Seemiller IV. p. 153.*

773. MANVALE Parochialium Sacerdotum. *Praeit Tabula. In fine: Explicit Manuale Parochialium Sacerdotum actum Anno domini MCCLV. Accedunt Methodus confitendi Mutorum et Casus Episcopales et Papales. Char. goth. sine sign. cust. et pagg. num. foll. 16. 4.*

*Seemiller II. p. 171. Denis Suppl. p. 610.*

\*774. MANVALE Scolarium qui studentium vniversitates aggredi ac postea in eis proficere instituunt. *foll. 26. 4.*

*Straufs opp. rar. p. 275.*

775. MARGARITA Decreti seu Tabula Martiniana Decreti. *In fine: Finis margarite decreti que martiniana vocatur edite per venerabilem virum fratrem Martinum (Polonum) ordinis predicatorum summi pontificis penitentiarium ac capellanum. Char. goth. cum sign. col. 2. Sigillum vacuum. fol.*

*Bibl. P. Nor. Denis Suppl. p. 611. cf. Braun. II. p. 50. Laire Ind. II. p. 14.*

776. MARGARITA decreti seu tabula martiniana edita p. fratrem Martinum ordinis pdicatorum dni pape Penitentiarium et capellanum. *In fine: Explicit - margarita decreti - edita per venerabilem virum fratrem Martinum ordinis pdicatorum summi pontificis penitentiarium et capellanum. Char. goth. min. cum sign. a - p. col. 2. fol.*

*Seemiller IV. p. 141. Bibl. Capit. Seb. n. 332.*



\*777. MARGARITA decreti seu tabula martiniana decreti. *In fine nulla subscriptio.* Char. goth. cum sign. a-r. fol.

Seemiller IV. p. 150.

\*778. MARGARITA decreti seu tabula martiniana decreti. *Haec in fronte fol. 1. a. Fol. 2. a.* Margarita decreti seu tabula martiniana edita per fratrem Martinum ordinis predicatorum. domini pape penitentiarium et capellanum. *Sequitur auctoris prologus.* *In fine: Sit laus deo.* Char. goth. col. 2. cum sign. K-Z. fol.

Braun II. p. 52.

779. HISTORIA seu Providentia Virginis MARIAE ex Cantic. Canticorum. *Sunt Icones XVI. per medium fol. divisae textibusque e Canticis Salom. depromptis adpersae.* *In Icone 1. legitur: Ubera tua viro, pro vino. fol.*

Denis Suppl. p. 611. ex Heinecke Idée gener. p. 374.

780. Historia B. V. MARIAE ex Evangelistis et Patribus excerptae. *Sunt Icones XVI. anopistographae.* Duarum primarum quaelibet duos Ecclesiae Doctores exhibet. Reliquae omnes quatuor Repraesentationes habent, subiecto singulis argumento ex Historia fabulosa vel naturali ad B. V. (inepte quidem saepiuscule) adplicato. *Prima repraesentatio Iconis 3. est Annuntiatio cum lemmate: hic transire cave: nisi prius dixeris ave &c. fol.*

Denis Suppl. p. 611. ex Heinecke Idée gen. p. 378. Laire Ind. 1. p. 3. *Aliam libri huius editionem excitavimus Vol. 1. p. 391. 24. sub titulo: Defensorii inviolate perpetueque virginitatis castissime Dei genitricis Mariae. 4.*

\*781. Itinerarium Beatae virginis Mariae per Leonbart ysenbut impressum. (4.)

Bibl. monast. Buxh. Adest Memmingensis editio. Haec ignota.

\*782. Oratio de s. MARIA de Loretto. *Italice. 4.*

Bibl. monast. Rottenb.

\*783. Incipiunt - abbreviationes libri phisicorum edite a prestantissimo pho MARSILIO INGVEN doctore parisiensi. *In fine: Explicit liber phisicorum.* Char. goth. cum sign. a-l. fol. min.

Seemiller IV. p. 150.

\*784. Oratio dicta à PETRO MARSO in funere illustrissimi Hieronymi Forocome-liensis et Foroliuensis comitis (1488. forte Romae) 4.

Misc. Lips. Nov. T. VI. p. 736.

785. MARTIALIS, Ignatii, Polycarpi & Dionysii Epistolae, latine. 4.

Maitt. p. 789.

786. MARTIALIS Epigrammata. Char. rom. minut sine sign. cust. et pagg. num. Praecedit Registrum. fol.

Maitt. p. 767.

787. S. MARTINI Legenda. 4.

Denis Suppl. p. 613.

788. Tractatus de MARTYRIO Sanctorum. *Haec in fronte fol. 1. a. Fol. 2. a.* Incipit tractatus de martyrio sanctorum. *Praefatio incipit: Querenti mihi ac diligenter*

genter perscrutanti &c. Elenchus Capp. 18. *In fine*: Finis. *Char. gotb. cum sign.*  
*lin. 35. foll. 57. 4.*

*Denis Suppl. p. 613. Braun II. p. 61.*

\*789. GASPAR. MASSANAE Regulae grammaticales. 4.

*Rossi p. 74.*

790. Incipit tractatus super electione opinionis, domini MATHEI DE MATHASELANIS. *Item* tractatus extensionis compositus per eundem. *In fine*: Explicit tractatus extensionis per dominum Matheum de Matheselanis utriusque iuris doctorem editus deo gratias. *fol. mai.*

*Cat. Bibl. Schw. II. p. 39. Denis Suppl. p. 613.*

791. MATHEI DE MATHASELANIS Singularia dicta. *In fine*: Expliciunt notabilia illustris - Mathei Mattheselani Bononiensis exemplata in proprio exemplari supradicti D. Mathei. *foll. 12. fol. mai.*

*Denis Suppl. p. 613. Goetz II. p. 340.*

792. Artis memorative MATHEOLI Perusini medicinae doctoris prestantissimi. Tractatus utilissimus cum nonnullis Plinii et Gordani documentis. *In fine ultimum*

*Distichon*:

Post factum foecisse pudet: cito preterit illud,  
 Quod iuuat: eternum quod cruciabit erit. *fol.*

*Denis Suppl. p. 614.*

\*793. Oratio JASONIS (de MAYNO) nitidissima in sanctissimum matrimonium Maximiliani regis et Blance Marie Regine Romanorum. Earundem faustarum nuptiarum Epithalamion Sebastiani Brant. *Praefixa est* Cornelii Nigri Augustensis epistolae ad Hippolitum Celestinum scripta ex campidona quindecimo Kl. Maii Anno christianorum MCCCC.XCIIII. *In fine orationis legitur*: Actum Ispruck (Oeniponti) die XVI. Martii Anno a natali christiano. M.CCCC.XCIIII. *Char. rom. cum sign. a. b. 44*

*Seemiller IV. p. 140.*

794. MEDITATIONES in Passionem D. N. Jesu Christi. 8.

*Catal. Bibl. Pinelli I. p. 142. Denis Suppl. p. 615.*

\*795. Meditatione sopra la passione de G. C. 4.

*Rossi p. 52.*

\*796. Sermones MEFFRET - alias Ortulus regine de tempore. *Pars hyemalis* *In fine p. 210*: Finit pars hyemalis huius operis. *Sequitur* Registrum. *Accedunt* Sermones MEFFRET. alias Ortulus regine de tempore *pars Estivalis. In fine Registrum* *Char. gotb. cum sign. foll. 323. fol.*

*Bibl. P. Nor. Helmschr. II. p. 107.*

797. POMPONII MELAE Cosmographia. *Praemittitur* Hermolai Barbari in Pontonium Melam ad Alex. VI. Pontif. max. praefatio. *Pag. 3.* vox graeca Πεδγμος (*si*) *In fine*: Pomponii Mellae Cosmographiae liber explicit. *Char. lat. cum sign. usq* *ad b. III lin. 22. 4.*

*Freyt. Adpar. I. p. 127. Denis Suppl. p. 615. cf. Ernesti II. p. 86. ubi editio princeps*

*Cf. Catal. Svaier p. 14. ubi eadem, ut videtur, editio excitatur.*

798. POMPONII MELAE Cosmographia. *In fine* : Pomponii Melae Cosmographi libri tertii et ultimi finis. 4.

*Denis Suppl. p. 615. cf. Catal. Bibl. Pin. I. p. 363. ubi Editio absque ulla nota Seculæ XV. 4. excitatur, quæ forte diversa est.*

799. Incipit variloquus Idem vocabulum diuersimode acceptum varie theutunifando exprimens - Predicatoribus consolabile enauigium Compilatus per venerabilem magistrum JOHANNEM MELBER de gerolozhofen ex sermonibus auditis et per eundem conscriptis sub uenerando uiro magistro Jodoco eychman de Kalw eximio doctore ac famosissimo verbi dei predicatore in heidelbergâ. *In fine* : Explicit vocabularius variloquus. *Char. gotb. sine sign. 4.*

*Denis Suppl. p. 615.*

\* 800. Incipit variloquus Idem vocabulum diuersimode acceptum varie theutunifando exprimens. Predicatoribus consolabile enauigium compilatus per venerabilem mgrm JOHANNEM MELBER de geroloczhofen (sic) ex sermonibus auditis et per eundem conscriptis sub venerando viro mgro Jodoco eychman de kalw eximio doctore ac famosissimo Verbi dei predicatore in heidelbergâ. *Haec in fronte fol. 1. a. Tum opus immediate incipit. In fine nulla subscriptio. Char. gotb. sine sign. cust. & foll. num. foll. 213. 4. min.*

*Seemiller II. p. 173. Panzer Ann. der D. L. p. 449.*

801. La coronacion a Don Inigo Lopez de Mendocça Marques de Santilla por JUAN DE MENA. *Absque titulo cum commentario qui statim incipit* : Muchas vegadas et la mayor parte &c. *In fine* : Fin dela Coronacion. *Char. gotb. cum sign. et foll. num. supra in medio, foll. 81. 4.*

*Denis Suppl. p. 616. Idem p. 470. ad annum 1499. retulisse videtur. Cf. Annal. IV. p. 70. v. 644.*

802. GEORGIUS MERVLA de antiquitatibus Vicecomitum Libri X. cum Epistolis Alexandri Minutiani ad Ottonem Vicecomitem et MERVLAE ad Principem Ludovicum Mar. Sfortiam. 4.

*Denis Suppl. p. 616.*

803. S. METHODII Revelationes cum commentar. Wolfg. Aytinger Clerici Augusten. *Char. gotb. foll. 38. 4.*

*Gemeiner p. 278. Denis Suppl. p. 617.*

\* 804. Ad invictissimum principem dominum Federicum Urbini ducem regium Capitaneum generalem ac sancte romane ecclesie Vexilliferum dignissimum PAVLI DE MIDDALBURG Zelandie eiusdem dominationis Phisici minimi in iudicium pronosticon Anni 1482. *Haec in fronte fol. 1. a. In fine* : Editum per Paulum de middelburgo Zelandie bonarum artium et medicine cultorem illustrissimi ducis urbini phisicum Finis. *Char. gotb. lin. 31. foll. 10. 4.*

*Helmschrott p. 100.*

805. Ad illustrissimum et humanissimum Urbini ducem dictum Guidum Eubaldum monferetranum - PAVLI de MIDDELBURGO Zelandie eiusdem dominationis phisici pronosticon pro anno Christi 1483. *In fine* : Laus deo. *Char. gotb. 4.*

*Denis Suppl. p. 617.*

*Annal. typ. Vol. IV.*

X

806.

806. PAVLI DE MIDDELBURGO Prognosticon A. 1484. Illustrissimo ac maximo principi diuo maximo iuliano austriae duci Burgundie. Brabantie etc. Paulus de miriburgo Zelandie illustrissimo ducis vrbi (ni) phisicus etc. *Nuncupatio haec data: Louanii pridie kalendas septembris. Anno domini M.CCCC.LXXXIII. Sequitur et finit Prognosticon: inauditamque clementiam predicare non desinam. Vale. Char. goth. sine sign. cust. & pagg. num. lin. 29. foll. 21. 4.*

*Denis Suppl. p. 617.*

\* 807. MIRABILIA Romae. COLVMELAE Hortuli. CORNELII TACITI Germania. *Editio perantiqua. 4.*

*Rossi p. 66. Compacti fortasse erant hi libelli in exemplo huius Bibliothecae.*

\* 808. MIRACOLI della gloriosa Vergine Maria. 4.

*Rossi p. 52.*

809. Cy commence ung excellent et tres prouffitable liure pour toute creature humaine appelle le MIROER de Mort (*Autor Olivier de la Marche*) *metrica. Char. goth. cum sign. foll. 16. fol.*

*de la Vall. II. p. 289. Denis Suppl. p. 618.*

810. Le MIROUER des pecheurs et pecheresses; *metrica. cum figg. 4.*

*Denis Suppl. p. 618. ex Heinecke neue Nachr. p. 268.*

\* 811. Circa officium MISSE generalia et quedam specialia utilia. *In fine: Hec pro informatione pauperum clericorum - sunt breuissime compilata. De quo laudetur &c. Char. goth. cum sign. col. 2. foll. 16. 4.*

*Bibl. P. Nor.*

\* 812. Circa Officium MISSAE pro simplicium instructione salutari perutilis expositio. 4.

*Lackmann l. c. p. 108.*

813. De celebratione MISSAE Tractatulus compendiosus per modum dialogi. 4.

*Denis Suppl. p. 618.*

814. Declaratio et Repraesentatio MISSAE. *Char. goth. foll. 28. 4.*

*Denis Suppl. p. 618.*

815. De Defectibus occurrentibus in MISSA. *Char. goth. cum sign. col. 2. 4.*

*Gemeiner p. 292. Denis Suppl. p. 618.*

\* 816. Tractatus de praeparatione ad MISSAM celebrandam et SS. altaris sacramentum sumendum. Tractatus primus continens Incitamenta ad frequenter celebrandum. *In fine: Per dominum doctorem Johannem de dorsten. Char. goth. sine ulla nota, foll. 16. 12.*

*Braun II. p. 62.*

\* 817. MISSALE Carthusiense (*circa ann. 1490.*) *fol.*

*Bibl. monast. Buxh.*

\* 818. MISSALE ROMANVM. *Char. goth. cum sign. & foll. num. et figg. lign. incis. foll. 244. 8.*

*Seemiller IV. p. 146.*

819. MISSALE Ordinis Eremitarum S. Pauli. 4.

*Denis Suppl. p. 619.*

820. MISSALE Trecense. fol.

*Maitt. p. 790. ex Bibl. Tellierii p. 156.*

\*821. MISSALE. *Cum signat. & foll. num. CLIII. Sequuntur* passionēs in hebdomade sacra decantandae. fol.

*Laire Ind. II. p. 15.*

822. MODESTVS de re militari. (POMPON. LAETVS) de magistratibus et sacerdotiis. IULIVS SOLINVS de rebus memorabilibus. *Sine sign. cust. & foll. num. 8.*

*Maitt. p. 762. Rossi p. 56. 4.*

823. MODVS servandus in executione seu prosecutione gratie expectative. *In fine: Finis. Adbaeret* Stilo Romane Curie. *Char. goth. foll. 4. 4.*

*Gemeiner p. 292. Denis Suppl. p. 292.*

\*824. MODVS cantandi secundum ritum ecclesie ratisbonensis. 4.

*Bibl. monast. Buxh.*

825. MODVS vacandi beneficiorum. *In fine: Finis. Char. goth. foll. 3. 4.*

*Gemeiner ibid. Denis Suppl. p. 619.*

